De eo & eius suppicio vide Plutarch. in Camillo. ¶ Fuit & T. Manlius Torquatus, cognomento imperiosus, quod se uisitum exempli auctor fuit, filio suo maximus spei iuvene, quod contra imperium suum in hostem pugnasset, quamvis pugnatum esset feliciter, virgis cæso, & securi per eusso. Atque inde, Impetua Manliana dicta, apud Liu. dec. 1. lib. 4. De hoc vide Gellium lib. 9. c. 13. ¶ Manlius Torquatus alius fuit, qui ob ingenij & lingua tarditatem à patre in prædia rusticana relegatus fuit, patremque iudicio exemit à Marco Pomponio accusatum, vt scribit Liuius lib. 4. decadis 1. ¶ Manlius Volso, cuius meminit Liuius lib. 8. de bello Maced. Cneus Manlius Volso (inquit) Consul in Asia acceptis à L. Scipione copiis, & exercitu lustrato contra Gallograecos bellum geslit, cisque superatis reuertens, quoniam in æde Bellone triumphum peteret, decem legati, qui cum eo missi fuerant, restiterunt: inter quos L. Furius Purpurio, & L. Aemilius Paulus dicebant, se legatos Cn. Manlio datos, pacis foederisque cum Antiocho ineundi gratia, Manlium autem operam dedisse, vt eam pacem turbaret, multosque nobiles viros in exercitu sua temeritate morti obiecisse: vicit tamen amicis atque cognatis suffragantibus, res feliciter gestas, & exercitum integrum reportatum dicentibus, vt triumphus ei decernetur. ¶ Manlius item alius fuit, proconsul Hispanie; cuius meminit Liuius lib. 50. Auctor Valer. Maximus lib. 6. cap. de severitate. ¶ Manlius item Torquatus, alias Ciceronis temporibus vir doctus, ex Rhodia disciplina Molonis, natura ad dicendum nec satis solitus, neque expeditus. Cui si vita suppedisset, sublato ambitu Consul factus esset, plus facultatis habuit ad dicendum, quam voluntatis. Itaque studio huic non sufficit. Hæc Cicero. ¶ Fuit præter hos L. Manlius Torquatus, cui et si non erat (inquit Cicero) oratio, quam Graeci politici dicunt: erant in eo plurimæ litteræ, nec eæ vulgates, sed interiores quædam & ræcorditæ: summa verborum & grauitas, & elegantia atque hæc omnia vitæ decorabat grauitas: me quidem admodum delectabat. Padianus autem de eodem sic scribit, L. Torquatus, qui P. Syllam patris competitorum in Consulatu accusauit, qua accusatione & ipse Sylla & collega damnati sunt. Rursus cum accusauit, quod in coniuratione Catilinæ fuisset: defenditur à Cicerone, cuius extat oratio. ¶ L. Manlius pictor egregius, apud quem quum Seruilius foret cenaret, filiosque eius deformes animaduerteret: Non similiter (inquit) Manlii fingis & pingis. Ad quem Manlius, In tenebris (inquit) fingo, in luce pingi. Augstus Macrobius. ¶ Manlius, etiam alius fuit cognomento Antiochus, conditione seruus, arte astrologus ac poëta una cum Plotio poëta mimorum, & Taberio Eriote Grammatico conseruens, ex Asia una nati adiectus, teste Plinio lib. 35. c. 17. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine, ex utero mortuæ matris exectus, quem idem lib. 7. c. 9. scribit, Carthaginem cum exercitu esse ingressum. ¶ Manlius item Mathematicus, Romæ Augusti temporeibus fuit. Huius mentionem facit idem lib. 36. cap. 10.

Mannæ imperia, dicuntur dura, seuera & crudelia: quemadmodum à Graecis tyrannis & crudelitas, φαλαγιός vocatur. Tractum prouerbium ab historia quam scribit Liu. lib. 4. ab Urbe, de Manlio Torquato, qui filium, quod contra edictum suum cum hoste pugnasset, virgis cæsum securi iussit percuti. Vide Erasmus in Chilitad. ¶ Sunt & Manliana, malorum genera ab insitore sic dicta, vt tradit Plin. lib. 15. c. 14.

Manna, cœlentum aliquid, quod celebrant diuinæ litteræ, manna.

Mannæ, { τὸ μαν. μάρα δροπίδι, ἀρρεγίδι. GALL. Manna, comme miel qui tombe du Ciel. ITAL. Manna. GERM. Miltar/himmelbrot. HISP. Mana. ANGL. Heauenly food called man. } Manna, Hebraicum, vel certè Syriacum est vocabulum, quo significatur ros melleus matutinus, teste Celio lib. 13. c. 56. qui à Corn. Celso Ros Syriacus appellatur. Galenus lib. 3. de alimentis, auctor est, hoc mellis genus copiosissime colligi in Libano Syriæ monte, eiusque regionis rusticis expansis humi velleribus, concusisque arboribus plena saepe fistilia eius toris domum refert. ¶ Manna thuris, μάρα λέσχης Dioscoridi: Mieæ thuris sunt è maioribus guttis, vescutæ concusione elisæ. Omnis enim thuris substantia in antiqua medicina trifariam diuisa fuit, in thus, corticem thuris, & eiusdem manna, quam & pollinem thuris nonnulli appellavunt. A Graecis etiam καναλλοί, à concusso dicitur: nihilque habet commune cum melle aërio, quod voce ab Hebreis detorta recentiores Manna appellant. Vide Plinium lib. 12. cap. 14. & Dioscor. lib. 1. cap. 72.

Mannæ, oīum. Equi sunt exigui solutum vestigia glomerantes, qui & Asturones ab Asturia regione Tarragonensis Hispaniæ, & Gradarij appellantur. { οἱ μάροι, τὰ ιτημένα. GAL. Cheuælets. ITAL. Canalotti. GERM. Söldner röhlín. HISP. Cañuellos enanos, y pequeños. ANGL. A little ambling naigge. } Horat. in Epod.

Et Appiam mannis terit.

Vide Senec. cap. 88. Sammonicus cap. de vulner. Sive simus manni. Vide infra.

Mannire, monere: in ll. Veter. Mannita, monitio, ex Germanico Mahnen, quod est moneo.

Mannulus, li. Equinus pullus. { οἱ μάροι. i. πάνεροι μαρρόν. GAL. Cheuælet, petit cheual. ITAL. Polledro, caualetto. GERM. Ein fäln. HISP. Cañuelo, pollo, hija de cauallo. ANGL. A little horse or colt. } Martial. lib. 12.

Nusquam est mulio, mannum tacebunt.

Plin. Epist. 67. Habebat puer mannulos multis, & iunctos, & solutos: habebat canes maiores, minorésque. ¶ Dicti autem sunt Mannuli, siue, vt est apud Horatium, Manni, quod mansuetudine manum sequantur: vt scribit Acron. in illud. Horatij lib. 3. Carm.

Super obliquum similis sagitta Terruit mannos.

Mannacarta, μάρακατα, vrbs Arabiæ, Gentile Mannacartenis. Steph. Magno, μάραντα, Regio media inter fluvios, in qua habitant Arabi Calepini Pars II.

bes, Manneotæ μαρντα. Steph.

Mannus, filius fuit Tuisconis Dei, alias Teutonis, à quo Alemani so dici gloiantur. Vide in Alemani. Mano, as, ate, Proprietà distillo & minutatim fluo. { מַנְתָּה nataph נַתָּף. μαλοχρότος, jūr. GALL. Sortir, fondre, couler. ITAL. Stillare, forgere, colare. GERM. Tropfen/tropfichtig riñnen/cder fressen. HISP. Manar como agua de fuente, destilar. ANGL. To spring, drop, or ruine out. } Tractum à Græcis, qui μέρος tam, & sine densitate appellant. Festus Manare à Manè aduersio dictum putat, Solisque proprium esse existimat, quum orientes radij splendorem iactare incipiunt: sed frequentius ad aquam & ad humores referuntur. ¶ Per translationem usurpat pro descendere, fluere, procedere, { מַבָּה. מִצְחָה. } Et huiusmodi res, quæ manat, quandoque in nominatio ponitur Virg. 3. Aeneid.

Tum gelidus toto manabat corpore sudor.

Quandoque in accusatio. Plin. lib. 14. Arborum succo manantium pīcem, resinamque alia in Oriente, alia in Europa feruntur. Liuius lib. 10. d. 4. Manantia sanguine spolia. Catull. ad Ortalum,

Letho gurgite

Pallidulum manans alluit unda petem.

Quandoque in ablative. Liuius lib. 1. ab Urbe, Cultrum ex vulnere Luciferæ extractum manantem cruentum pīce tenens, id est, fluentem, vel stillantem. Quandoque pro disseminari, dispergi, serpere, perire ebescere accipitur, atque id quidem translatè. Cic. 2. Tuſc. Latius enim manabat hæc ratio, & aliquanto maiorē locum, quam de uno dolore occupabit. ¶ Sic fama, vel rumor rei alicuius dicitur manare, diuulgari, crescere, dilatari, & profici latius. Liu. lib. 7. ab Urbe. Diuisa enimerant per Campaniæ vides, manauerantque à Capua consilia in exercitum omnem. C. c. 14. Philipp. Quoniam ut scitis, hoc triduo, vel quatriduo tristis à Mutina fama manaret. ¶ Sic manat malum, apud eundem Philipp. 3. Manantia vlera. Plinius identidem, pro iis quæ serunt accipit, ut lib. 3. cap. 3. Budæus. ¶ Huius verbi composita sunt, Emano, & Permano: quæ vide suis locis.

Manabilis, e, quod manare per aliquid potest, seu penetrare in intimas partes. Lucr. lib. 1.

Nec capere humorem, nec item manabile frigus.

Nec penetrat ignem, quibus omnia conficiuntur.

Mannæ fons dictus, quia aqua ex eo perpetuè manat. ¶ Manalis vreclus, sive gutturnum. Vas dicebatur ex quo aqua in pollubrum dimititur. { μανάλι. } Manalis lapis, Ostium est Orci, per quod animæ inferorum ad superos manant, qui dicuntur Manes. Manalem lapidem etiam vocabant petram quandam, quæ erat extra portam Capenam, iuxta ædem Matis, quam quum propter nimiam siccitatem in vibem pertraherent, insequebatur statim pluia: cùmque, quod aquas manaret, Manalem lapidem dixerat. Festus. Fulgentius Placiades de locis obscuris. Labeo, inquit, qui disciplinas Etruscas Tagetis, & Bacchetidis xv. voluminibus explanavit, ita ait, Fibrae icoros landaracei coloris si fluat, manales tu vertere est opus petras, i. quas antiqui solebat in modum Cyndrorum per limites trahere pro cōmutanda pluviæ inopia. Manobärbüls, Teli genus simile plumbeæ pilæ, quo videntes milites ipsi Manobärbuli dicti sunt. Hi postea à Maximiano Cæsare, quod se fortiter in Illyrio gessissent. Iouiniani, & Herculani dicti sunt. Sipontinus putat esse vocabulum peregrinum. Vide Martiobarbulus. Manon, μάρον Spongæ genus minus spissum, & mollius, δάντη μάρον. hoce est, à ratiitate appellatum. Plin. lib. 9. cap. 45. Spongiarum tria genera accepimus: spissum, prædum & asperum, rigos id vocatur: minus spissum & mollius, Manon: tenui densumque, ex quo penicilli, Achilleum.

Manopeia, manus opera, Germ. handleistung.

Manos, mannos, monos, monilis genus. Poll. Tiraq.

Manseres, illegitimi de scoto nati, aut ex virgine viduave nobili, patre verò ignobili. L. I.

Mansisterna, Aquæ vina, id est vrebus, ὑδρία Plaut. in Bacchid. Effervescens cum aqua foras vox est spuria licet in Onomast. quoque sit Mansisterna, υδρία, vide Masterna.

Manstutor. Plaut. Truc. sc. 4. a. 4. Video cum, qui manstutorem med adoptauit: bonis. Med, inquit Turnebus, ibi pro me scribens est, vt hiatus obstruatur, qui versum violaret. Ibi, vt mancesps est, qui manu capit: ita manstutor, qui manu tuerit & tenet, quicque possidet. Meurs. legit manstutorem. Acidalius, qui mesuis tutorem; & nō suis in omnibus libb. veteribus esse ait. Sed quomodo de fœmina; Verbalia in or, veteribus erant communia.

Mansucius, Festus: Mansucium edacem, à mandendo scilicet, aliter Mansucum.

MANSVĒTVS, a, um, Mitis, cicur, quasi manu assuetus, quod omnia quæ sunt natura fera, manuum pernauisone mitescat. { μάναντ. } Mānus, μάναντ. GALL. Doux & tractable, priue & ap., priuoté. ITAL. Mansueto, dolce, trattabile. GERM. Sanft / zart / gesth lach. HISP. Manso. ANGL. Meek, tame, milde. } Virg. 7. Aeneid.

Ille manum patientis, mensaque assuetus herili.

Terent. in And. Hæc ego putabam esse omnia humani ingenij, Mansuetique animi officia. Cic. 3. Philipp. Illud quæro, cur tam subito mansuetus in senatu fuerit, quum in edictis tam fuisse? Ouid. 3. Trist. Eleg. 6.

Numinis ut laeti fiat mansuetior ira.

Idem in Ibis.

Huc igitur meritas grates, ubicumque licebit;

Pro tam mansuero pectori semper agam.

Cic. 2. de Orat. In moribus suis eiga necessarios declarandis mansuetissimus. Festus, Mansuetus, neque misericordia mansuetus, & neque crudelitate sanguis, sed modestia temperatus. Nequeo te intercidetis facere mansuetam meis. Plaut. Asin. sc. 1. a. 3. Reddam te ex fera fame mansuetum (alias mansuetum.) Ibid. sc. 2. a. 1. ¶ Bestiae mansuetæ, etiam placide, & cicures dicuntur. Plin. trifariam diuidit animantia, in placida, fera, & inter hæc media. Nam hirundines, apes, delphini, nec placida sunt, nec fera, sed media inter utrumque naturæ.

Mansuetæ, adverb. Placidè, clementer. { μάναντ GALL. Doucement, paisible-

ment.

MĀNTVĀ, x, māntvā, n. Stephano, vulgo *Mantoua*. Vrbs est clarissima ab Oculo filio Tyberis, & Mantus Tiresias Thebani vatis filia ad Padum condita, & à nomine matris eius Mantua appellata. Vnde Virg. lib. 10. Ille etiam patriis agmen ciet Ocus ab oris, Fatidic Mantus, & Tusci filius amnis. Qui muros, matrisque dedit tibi Mantua nomen. Poëtarum clarissimo illustrissimōque Virgilio Marone gloriatur Mantua, cuius felix ingenium tam omnes effere debent, quam imitari nulli possunt.

Māntūānūs, a, um, *paſtus*, n. *māntuāns*, à Mantua deductum nomen, vnde Mantuanus Homerius, Virgilius dictus est. Fama mantuana. Stat. 4. *Sylua*.

Mantuelis, chlamys. Cesaub.

Mantum. Isid. lib. 19. c. 24. Mantum Hispani vocant, quod manus tegat tantum. Est enim breve amictum.

Mānūbīx, & Manubrium, vide post *Manus*.

Mānum, dicitur claram, Manē, post tenebras dici pars prima. Nonius. Manus, a, um, bonus. Quia immanis est inclemens: manus fuerit bonus, & clemens.

Mānūs, us, à manando dicta est, quod ex brachiis manat, vel quod ex ea manent digiti. *z. jadib. x. e. GALL. Main. ITAL. & HISP. Mano. GERM. Ein hand. ANGL. The hand.* Ouid. Epist. 17.

Iam tibi formosam porriget illa manum.

Catull. *Berecyntia*,

Niues cīata cepit manibus leue tympanum.

Virg. 1. *Aeneid*.

Tendent ēmque manus Priānum confexit inermes.

Finem non operiri, sed manu facere. (i. vim vitæ suæ adferre.) Senec. Epist. 59. Manu sua finem vitæ fecit. Idem cap. 19. de vita beata. Manu facere oportet, i. scribendo exhortare. Idem c. 19. de consol. ad Mat. Manus nostræ oculatae sunt. Plaut. *Afin. sc. 7. a. 1.* Talos poscit in manum, Idem *Cure. sc. 3. a. 2.* Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum. Idem *Afin. sc. 3. a. 1.* Si stimulum cepero in manum. Idem *Aul. prolog.* Manus leuis artificis. (i. docta & facilis.) Martial *Epigr. 52. lib. 6.* In auro nihil præter manus pretium indumenti fit. Liu. lib. 4. d. 4. Manus solent ad id decurrere quod dolet. Senec. c. 17. de consol. ad Helu. Da mihi optima manum fœmina salutantis. Plaut. *Aul. sc. 3. a. 1.* Vbi manum iniicit benignè. *Ibid. sc. 4. a. 1.* Impuris illis omnibus adiij manus. *Ibid. sc. 5. a. 2.* Manu salutem mittunt benevolentibus. Idem *Pseud. sc. 2. a. 4.* Cedo manum in salutando. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* & *Cure. sc. 3. a. 2.* & *Pseud. sc. 5. a. 4.* Manum osculabantur veteres. Suet. in Tib. c. 71. Manus Lauabant post epulas: Senec. Epist. 89.

Tutius est fīti contendere verbi,

Quām pugnare manu.

Ouid. 13. *Metam.* Crepabunt manu malæ tibi. Plaut. *Mil. sc. 5. a. 1.*

Quām manus ultima cæpto Desuit.

Ouid. *Eleg. 1. lib. 3. Trist.* Manus demens studiis irata, idem *Eleg. 1. lib. 4.* Manum commodare (ad necem.) Velleius. Manu reddere. (i. Manu propria.) Suet. in *Tib. c. 34.* Manus summa operibus excolédi defuit: Quintil. Quedam ingenia manu, vt aiunt, facienda sunt. Senec. Epist. 53. In maledicto plus iniuriæ, quam in manu. Quintil. Manu prima deformatum Marmor. Idem. Manu serenus. Gell. c. 8. lib. 4. Non subducta curvica, nec manibus oppositis recipere ferrum. Senec. c. 11. de transq. In manibus victoria. Liu. lib. 5. d. 4. Manus penulis cōtinere. Suet. in *Galba*, c. 16. Manu prōptus, vide *Promptus*. Item, A manu seruus. Idem in *Cas. c. 74.* Item, Manus remittere. *Quitter la main.* in ludo. Idem in *August. c. 71.* ¶ Plena manu. Senec. Epist. 33. hoc est, ampliter, copiosè, prolixè, minimèque malignè. Cic. *Attic. lib. 2.* At hercule alter tuus familiaris Hortensius, quam plena manu, quam ingenuè, quam ornatè nostras laudes in astra sustulit. ¶ Manu breui, Vlpianus *l. 43. §. 1. ff. de iur. dot.* eleganter posuit pro directo, & sine ambagibus. Quoties, inquit, extraneus accepto fert debitori dotis constituendæ causa, siquidem nuptiæ insecuræ non fuerint, libertatio non sequitur: nisi fortè sic accepto tulit, vt velit mulieri in totum donatum: tunc enim credendum est breui manu acceptum à muliere & marito datum, id est, quasi mulier non per acceptationem & cœquitionem illam, sed directo per manum ipsius creditoris, pecuniam accepisset, & marito dedisset. ¶ Contraria. Manu longa Iauolenus figurata locutione dixit, pro flexuose & obliquè *l. 79. ff. de solut.* Ex Hotomāno, ¶ *Manufactus, xpōtīvīlō, vna dictione, siue duabus. X. Naturalis. Celsus. Naturales, vel manu factæ natationes Cic. 3. de finib.* Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manufactis tam compositū, tamq; compactum, & coagmentatum inueniri potest? ¶ Manus præterea instrumentum, & telum nauale dicitur, quo naues harpagonibus raptæ tenentur: à manus humanæ similitudine, Plin. lib. 7. c. 56. Anacharsis harpagonas manus Pericles Atheniensis inuenit. ¶ Item Manus, multitudine vocatur, vel exercitus. Virg. 6. *Aeneid*.

Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.

Idem 6. *Aeneid*.

Iuuenum manus emicat ardens

Littus in Hesperium.

Manus hæc Ciceronem insequebatur, (i. turba, natio.) Quintil. Mota manus procerum est. i. multitudo. Ouid. 13. *Met.* Denique vt volvimus, nostra superat manus, (i. exercitus,) Plaut. *Amph.* Sic manus clientum. Suet. in *Tib. c. 1.* Manus equitum. Idem in *Cas. c. 14.* Manu facta irrumperet. Cæl. lib. 3. bell. ciu.

Sic sit tibi serua manus.

(i. turba ancillarum.) Ouid. lib. 5. *Faf.* ¶ Accipitur etiam Manus pro potestate: vt quum dicimus, rem aliquam in manu nostra esse sitam, quod Græci dicunt, *Δεξιά ποστεία*. Lucanus lib. 1.

In manibus vestris, quantus sit Cæsar, habetis.

Salust. in *Iugurth. 60.* neque mihi in manu fuit, Iugurtha qualis ficeret. Hinc mulieres in manu conuenire dicebantur, quum per coemptionem matres-familias factæ essent: de qua re Boëtius in *Topic.* & Vlp. in *Institut.* In manu mancipioque (vix) esse matrimonii causa. Gell. c. 3. lib. 4. Quia tibi in manu est quod cedas. At ego quod dicam mea in manu est, id est, liberum, arbitrarium. Plaut. *Aler. sc. 2. a. 1.* Quibus est caries in manu. (i. in potestate.) Idem *Prolog. Amph. studi. c. 1.* *Calpini Par. I.*

in manu. *Ibid. sc. 1. a. 1.* Cui plus in manu sit, quam tibi, (i. potestatem maiorem habet dandæ pecuniaæ.) Idem *Afin. sc. 1. a. 1.* In manu & tutela. Liu. *Li.* ¶ Manumittere, Est de seruo liberum facie, libertatem dare, *ἀφίγμα*. Cic. *pro Calio*, adiunt serui ex cognato: unum sententia manumissi. ¶ Manumissus, liberatus à potestate domini. *ἀφέσθαι, in libertate.* Nam quandiu quis in seruitute est, manui, hoc est, potestati subditus est. ¶ Interdum verbum hoc dividitur, dicimusque. Mitte manu, vel emitte manu. Plaut. in *Aul.* Iggitur orabo, vt manu me mittat. Frequentius coniunctiva scribitur. Aliens manumittitis, alienisque imperatis. Idem *Cure. sc. 2. a. 4.* Ibo igitur, orabo vt manu me mittat, (quia aurum reperi.) Idem *Aul. sc. 1. a. 5.* Volo me emitti manu. *ibid.* Et *Capt. sc. 3. a. 2.* Dicitur & manu emittere. Liu. lib. 4. d. 3. Et manu emissus, vide *Emissus*. ¶ Hinc Manumissio, quæ est datio libertatis. Cic. *pro Cælio*. Sed scie cupio, quid habeat argumentum ista manumissio. Erat autem mos in manumissione, vt dominus caput, aut aliud membrum serui tenuerit, diceret, Hunc hominem liberum esse volo, & mittebat eum è manu. Inde manumissio dicta est, & manumissus, à potestate liberatus, Manumissioni vacaturus tribunal descendit. Suet. in *Galba* cap. 10. ¶ Item Manus capitum pro proboscide elephanti, quod ea in decerpendo pabulo pro manu vtatur elephatus. Curt. lib. 4. de elephato loquens. Præcipue terribilis ilja facies erat, quum manu anima, virosque corriperent, & super se regentibus triderent. Idem de eodem, Copidas vocabant gladios leuiter curuatos, falcibus similes, quibus appetebant beluarum manus. ¶ Nonnunquam pro scriptura manuum. Quint. lib. 1 de *Orthographia*, Caussa, Caslus, Cicero & Virgilius scripsiunt: sic manus eorum docent. Cic. ad *Attic. lib. 4.* Occupationum mearum, vel hoc signum erit, quod epistola librarij manu est. *Ibid. lib. 11.* Quibus tibi videtur, velim des litteras nomine meo: nosti familiares, signum requirerit, & manum: dices iis, me propter custodias ea vitalles. Budæus. Manus in ludo dicitur, id quod sibi tollit qui proiecit Venerem. Augustus in quadam Epist. quam recitat Sue. c. 71. in *Augusto*. Ego perdidi viginti millia nummorum meo nomine, sed quum effusæ in lusu liberalis tuissem, vt soleo plerunque. Nam si, quas manus remisi cuique, exegilem, ac retinuisse, quod cuique donavi, vicissem vel 1. millia. ¶ Manum conferere, est prælium incipere, & communis pugnare, *πραγματεῖν, οὐ πραγματεῖσθαι*. Propriè tamen Manum conferere, nihil aliud est, quam manus coniungere. Apud Iurisconsultos autem Manum conferre dicebantur litigantes, quum in agrum, aut aliam rem, de qua lis erat, profecti, præcente Prætore rem litigiosam manu apprehendebant iusque suum in re præsenti vindicabant. Postea tamen propagatis Italæ finibus, Prætoribusque aliis negotiis occupatis: placuit vt litigantes, sine Prætore in agrum proficilcerentur, glebamque inde in ius ad prætorem deferrent, & in ea, tanquam in toto agro, vindicarent, aduersariūque ex iure manu consertum ad Prætorem vocarent. Vide ea quæ de hoc annotauimus in verbo *Consero*. Vsus autem obtinuit, vt verbo ad rem militarem translato, Manum conferre, pro pugnare, inire prælium, cum hostibus signa conferre, dimicare, certare dicerebatur. ¶ Manu salutem querere. Salust. *Iugurth. 84.* Aulo omnes infestis, ac maximè qui bello sepe præclari fuerunt, quod armatus dedecore potius, quam manu salutem quæsicuit. ¶ Malum obiectum mala manus. Plaut. in *Amphit.* Nescio quid autem mali est, mala obiectum manus, id est, nescio quis veneficus eius mentem incantauit. Manus autem dixit, quia non verbis solum fascinant, sed etiam yenenis manus operantur. Virg. in *Aeneid*.

Spargere qui somnos cantuque manusque solebat.

¶ Manibus prælium facere, est manus coi. serere. Salust. in *Iugurtha*, Romani pro ingenio quisque, pars eminus glæde, aut lapidibus pugnare: alij succedere, ac modò murum suffodere, modò scalis aggredi, cuperere manibus prælium facere. ¶ Manu docere, est appetere docere. Cic. 1. de nat. deor. Epicurus autem res occultas, & penitus abditas non modò viderat animo, sed etiam sic tractauit, vt manu doceat nos, eam esse vim & naturam deorum. ¶ Primas & secundas manus, apud Quintil. l. 5. Hermolaus vocari posse ait, quando fessis recentes succedunt sed tamen potius iuctus significari videntur, vt ait Budæus. ¶ Inter manus arriperet aliquem, est collatis simul manibus aliquem sublimem ferre. Plaut. in *Mof.* Attipite hunc intrò actutum inter manus. Inter manus aliquid esse dicitur per translationem, pro in potestate esse, Virg.

An te oculos, interque manus sunt omnia vestras.

¶ Veſſari inter manus, est in vnu esse. ¶ In manum date. Terent. in *Phorm.* Echo dic quid velis dari tibi in manu, vt herus desistat litibus? Vbi Donatus, Datur ei in manum, qui separatim accipit, sine arbitris, aut interprete: vt prævaricator, aut index corruptus. Plaut. Si mihi datur duo talenta argenti numerata in manum. Sic in manum latio apud Cic. in *Philipp.* id est, captura & turpis laitionis fortes. ¶ Sub manu esse, id est, ad latus expeditum, promptumque in vnu, siue esse in promptu, & in proximo. ¶ In manus lumere librum, pro eo quod est librum legere. Quintil. & Cic. ¶ Esse in manus liber dicitur, qui editus est, & legitur. ¶ manus remittere in aleæ ludo, est collusori iactum condonare, quem sua quisque manu dannosum fecit. ¶ Manu capere, bello quærcere. Salust. Populus Romanus quascunque vibes, & agros manu & ceperat, Regi donat. ¶ Succedere sub manus, est aliquid benè, & ad optatum contingere. ¶ Rem ad manus venire, est etiam ad contentionem & pugnam venire. ¶ Venire ad manus, i. ad curationem quæ manu chirurgici fit, non autem medicamentis. Cels. lib. 8. c. 4. Tum demum ad manum scalpi: umque veniendum est, i. *εἰς τὴν γένη γένους.* ¶ Per manus tradeat, de manu in manum, quo vtitur Cic. ad *Casarem lib. 7.* Totum denique hominem tibi tradere de manu, vt dicitur, in manum tuam istam. ¶ Per manus tradita disciplina, vel res gesta dicitur, quæ non monumentis litterarum, sed veſſo tantum traditū, & maioribus ad posteros sine litteris transmittūtur, quemadmodum sacrorum mysteria olim tradi solebant. ¶ Præ manibus, pro in manibus, vel inter manus. Plaut. in *Bacch.* Reddidi pati omne auum, quod mihi fuit præ manibus. ¶ Præ manu dare, est quod vulgo dicitur, Ante omnia, vel ante manum dare, Gallico sermone, *Auancer*. ¶ Quam levissima manus teneri scalpellus debet, inquit Celsus lib. 7. c. 19. id est, maximè suspensa, vt attingat, non imprimat. lib. 8. c. 1. dicit. Suspēndē magis manus. ¶ Tollere manus, Modus est loquendi, quo signum iactitæ signis

significamus. Cic. *Ces.* Sustulimus manus, & ego, & Baldus: tanta fuit opportunitas, &c. ¶ Tendere manus, est petentis auxilium, vel misericordiam implorantis signum. Idem *lib. 3. bell. Gall.* Hedui manus tendere, dedit onem significare. ¶ Plus est illi in manu, quam tibi, id est, diutor est te. ¶ Nihil illi est in manu, id est, nihil habet. Habete enim in manibus dicuntur, qui aliquid possident, & diuites sunt. ¶ Manus tua hæc est. Hoc est hi fauet tibi, & te iuvant. ¶ Manus vetant prius, quam penes sese habeant, quicquam credere. Plaut. *in Truc.* id est, nihil credam te datum, nisi prius numeraueris. ¶ Manus multas poscit hoc opus. Plin. *in Ep. 158.* id est, hoc opus est multi laboris. ¶ Manus oculatae dicuntur à Plaut. *in Asin.* quæ re ipsa aliquid volunt exhiberi, nō oratione promitti. Semper (inquit) oculatae nostræ sunt manus: credunt quod videt. ¶ Manu fingere est arte, cuiusque formare, tractu à plastis, qui è molli luto manu imagines faciunt. ¶ Manum ferulæ subducere, est iā aliquo modo in litteris profecisse, & desineat in ludo litterario versari. Nam Grammatici solent puerorum manus ferula percutere. Iuuen. *Sat. 1.* Et nos ego manu ferulæ subduximus. ¶ Manu de tabula tollere nescire, est in re aliqua conficienda nimis anxiū esse. Tractum ab Apellis elo- gio de Protogene, quo dicebat illum manum de tabula tollere nescire. ¶ Manum non verterim, proverbiis est Hyperbole, qua vtimur, quoties nos rem aliquam sūlque déque ferre volumus significare, & de ea nos nihil esse sollicitos. ¶ Manum sub pallio habere dicuntur Rhetores, qui inter agendum non commouentur. Nam bona pars actionis in manibus consistit. Quæ omnia vide latius in Adagiis Erasimi. ¶ Manus iniectione, dicitur quoties nulla iudicis auctoritate expectata, rem nostram nobis vendicanus, *App. 176. 18.* de quo vide in *Initio.* ¶ Manibus ac pedibus quicquam obire, id est, summa diligentia. Illis enim verbis exterritum conatus significamus. *moi τι κατέστη τοι λεπρόν.* Terent. *in Andr.* Quem ego credo manibus pedibusque obnoxie omnia facturum. ¶ Serui ad manum, vide *Adu. proposit.* ¶ Ad manum. In promptu, in proximo, & parabile, *χειρόποιος.* Senec. Ad manum est quod sat est. Sub manum. i. prompte, Suet. *in Aug. c. 49.* Sub manu, quod aiunt, nascatur consilium. Senec. *Eps. 71.* Manu peccate, i. manu offendere, ferine, vt qui non int a verba solum despiciunt, sed etiam manu peccant. Cels. *lib. 3. c. 18.* Ex his autem eos, qui intra verba despiciunt, aut leuiter etiam manu peccant, onerare asperiosibus coercitionibus supereracum est. Manus mortua, possessione immortalis, qualis est Ecclesiæ L.I.

Mānicula, manicula, diminut. Vide supra post *Manicon.*

Mānicolā, æ, diminut. item à manus. Parua manus. Vide suo loco supra.

Manua, manipuli. Lege, *Manipulus*, Hisp. *Manojo*.

Mānūlā, e, quod extensa manus altitudinem habet, vel quod amplecti manu possumus. Plin. *lib. 24. c. 13.* Ob id incipientibus hydropticis efficiat, manualibus scapis eius in tribus heminis atque decoctis usque ad tertias. ¶ Manualis fasciculus lini. { δράγμα ὡς χειρωναθεῖσα, ὡς ἡ χειρωναθεῖσα. GALL. Qui on peut empêcher ou tenir à la main. ITAL. Quanto si può tenere in mano. GERM. Ein handvoll, das man in einer hand fassen mag. Hisp. Cosa que se puede tener en la mano. ANGL. That may be comprehended in the hand. } Apud Plin. *lib. 19. c. 1.* est, qui manus implet: nostræ vero artis medici Manipulum vocant. Manuale quid sit, Martial. *Epigr. 80. lib. 14.*

Manualium candelabrum. L. gr. b.

Mānūlā, a, um, quod ad manum pertinet. { ιχευρίδιος GALL. Appartenant à la main. ITAL. Ciò che appartiene à la mano. GERM. Das zu der hand gehört. Hisp. Cosa perteneciente à la mano. ANGL. Belonging to the hand. } unde, æs manuum, quod manuum labore acquiritur. Gell. c. 13. lib. 18. Hoc ære quasi manuatio collecto, crenula patabantur. Alij optimi Grammatici æs manuarium exponunt, æs in alea partum quod in aleæ lusu manus dicuntur, ipsæ ludendi vices, & Gellius ab ali. a hoc caput sic exordiat: Saturnalibus Athenis alea quadam festiva & honesta lusitabamus.

Manuarius substantiuum, pro fure. Et Manuari pro furati dixit Laberius apud Gellium c. 7. lib. 16.

Manulea, *χειρία.* manica. Gloss.

Mānūlā, a, um, Manicatus. { χειρούργος. GALL. Vestu d'un habillement ayant manches ITAL. Vestito di habito con maniche. GERM. Das ermehrt. Hisp. Vestido de vestidura con mangas. ANGL. Clothed woish garment that hath sleeves. } Plaut. *in Pseudolo.* Manuleatum tunicam hominem habere addebet, hoc est, tunicam manicas prolixiores habentem. ¶ Manicatum, aut Manuleatum hominem dicimus, indutum tunicis manicatis. Suet. *in Calig. 52.* Gemmatisque indutus penulas, manulearum in publicum processit.

Mānūlā, iūs, qui vestim: ita manicata conficiebat, ὡς χειρούργος. Plaut. *in Aul.* Aut manulea iūj aut myrobrechata iūj.

MĀNŪBRIUM, brij, à manu, Capillus cuiuscunque rei appellatur, quod manu teneatur. { צְבַע נִתְסָבֵחַ, לְאַתָּן, לְאַתָּה GALL. Manche. ITAL. Manica. GERM. Ein höfste ein handhab. Hisp. Empuñadura, como de espada. ANGL. An handle, hilt, or hafte. } Plaut. *Aul.* Exemi ex manu manubrium. Plin. *lib. 16. c. 43.* Hyginus fieri iubet manubria rusticis, carpina, ligna certea. Colum. *lib. 11. cap. 1.* Vel facta manubria aptate, quorum optima sunt lignea.

Mānūbriolum, li, diminutiuum, Paruum manubrium. { τὸ λαβεῖον, τὸ κουπίν. GALL. Petit manche. ITAL. Manchetto. GERM. Ein höfstein. Hisp. Pequeña empuñadura. ANGL. A little hafte. } Cels. *lib. 7. c. 7.* Lini duo capita apprehendere, & per ea recto vngue, si qua parte oculo inhæret, manubriolo scalpellī diduceat, donec ad angulum veniat.

Manubriatus, manubrio prædictus Ammian. *lib. 25.* Manubriatos cultros dicit.

Manubria, fulmen in lingua Hetusca.

MĀNŪBRIÆ, arum, dictæ sunt, quod manu capiantur ab hostibus. { שְׁלָל בָּזֶל, λάφυρα. GALL. La despoille & le butin qu'on a gagné sur les ennemis. ITAL. Preda, botino. GERM. Beut oder raub so dem feyng überungen ist. Hisp. Botin, el despojo de la caualgada. ANGL. Bootie or spoile of the enemies. } Est enim præda ab hostibus capta. Asconius scribit, Manubrias esse prædas Imperatorum pro portione de hostibus capta. Cic. *Verr.* inuidia augende causa, Manubrias vocat signa &

tabulas quæ è Sicilia Verres, tanquam hostium spolia deportauerat. Nonne, (inquit) persicuum est, Verrem esse qui vestras villas suis manubriis ornet. ¶ Spolia quoque quæsita de hoste nobili per ditionem, manubrias veteres dicebant, de quibus ut vellent constituerent. Gell. verò *lib. 13. c. 23.* quid præda à manubriis distet, his verbis declarat, Nam præda, inquit, dicuntur corpora ipsa rerum, quæ capta sunt: Manubriæ appellatae sunt pecunia, quæ à Quæstoriis ex venditione præda redacta sunt. Dicit tamen quodam non ignobiles scriptores, aut temerè, aut incuriosè prædam pro manubriis, & manubrias pro præda posuisse: sed quod propriè locuti sunt, sicut Cic. *in Orat. de lege Agrar.* Manubrias pecuniam dixisse. Quod inquit, ad quenque peruenierit ex præda, ex manubriis, ex auro coronario. Quo in loco M. Tullius manifester distinguit Prædanum à Manubriis: ut annotauit Nonius Marcellus: qui prosus eadem de manubriis sentit, quæ Gellius Ex manubriis pecunia illata æra: io, Velleius. Ex manubriis inscriptio, Gell. c. 23. l. 13. Manubriæ de præda ciuili, Suet. *in Calig. c. 41.* ¶ Manubrias facie, est, prædari. Cic. *in Verr.* Qui manubrias sibi tantas ex L. Metelli manubriis fecit. ¶ Est quoque, ut iactus fulminum Manubriæ dicantur, *κεραυνός.* Senec. *lib. 2. quæst.* auctor est, Ioui tres manubrias dari, quarum prima monet, secunda prodest, tertia adhibitis consilio diis emittitur. ¶ Manubriæ præda, quæ manu capta est. Gloss.

Mānūbriæ, e, quod ad manubrias pertinet. { δάστηλη λαφύρας λεγήματα. GALL. Du butin. ITAL. Di botino. GERM. Das zu der bent oder dem raub gehört. Hisp. Cosa de botin. ANGL. Belonging to bootie. } vt, manubrialis pecunia, quæ ex venditione manubriorum contracta est. Suet. *in August.* Quo autem facilius vindique viis adiretur desumpta sibi Flaminia via Arimino tenuis munienda, teliquas triumphalibus viis ex manubriali pecunia sternendas distribuit.

Manubriate, vigilare, pernoctare. Gloss. Isid. An forte manicare scripsit.

Mānūbriæ, adiect. manubriarum particeps. Plaut. *in Trucul.* Amicus mihi esto manubriatus. Turnebus exponit, qui manubrias affert & spolia; amicus fructuosus. Alciat. legit manubriarius, tanquam sit facilis, promptus, quo quis seu manubrio vtitur.

Manubria iteratio doctrinæ, Gloss. Isid. manubria; vt sit similitudo à manubria fulminis teriloquati.

Manucodiata, quam paradisum, vel paradisi aem, & apodem indicam appellat Gesnerus, in Molucis insulis, mortua intacta aut mai coligitur: quæ vivens nunquam videri solet, quoniam pedibus careat, caudaque & alijs in obrem extensis sponte sustineatur.

Manumitto, & manumissio, vide *Manus.*

Mānūör, aris, manu austero, furor, κλεπτών. Accius, manuatus vestem amicæ, Laberius apud Gellium c. 7. lib. 16.

Manupletium, χειρωναθεῖσα. Gloss. manipulus, fasciculus manum implexus.

Mānūprætium, dictio composita, Merces pro opera manus. Cic. *in Pison.* Quum verò ista tibi prouincia manupretium fuerit non cuersæ perte, sed perditæ ciuitatis. Da mihi iniures. M. fiat. Cedo aurum, ego manupretium dabo. Plaut. *Men. sc. 3. a. 3.*

Manutergium. Isid. *lib. 17. c. 26.* Facitergium, à terendo faciem, vel manus vocatur.

Manutius, magnas manus habens. Gloss. Isid. in vet. vocab. est, manus, a, um.

Māpällā, orum. *cheróth γράνη neóth.* κράνιον, οικία. GALL. Les gettes, maisonnettes à la mode des Perses. ITAL. Capane. GERM. Hütten, hütten heufle. Hisp. Majadas como de ganado, cabanya. ANGL. Cottages bulded round lyk ouens. } Punica lingua, agrestes casæ dicuntur, aucto: e Festo, in quibus quia nihil est secreti, solet id vocabulum solutè viventibus obici. Seneca. Ego P. C. interrogare vobis permiseram, vos mera mapalia fecistis, i. vos dissoluti fuistis, & à disciplina recessistis, inconditæ & perturbatæ omnia egistis. Sunt autem quasi rotundæ cortes, vt inquit Cato *lib. 4. orig. Liu. 9. bell. Pun.* Familia aliquot cum mapalibus, pecoribusque suis (ea pecunia illis est) prosecuti sunt regem. ¶ Mapalia, inquit Seruius, idem significat quod Magalia, hoc est, Afrorum casas: sed magalia, ma producit, mapalia verò corripit. Virg. *3. Georg.*

Et raris habitata mapalia tellus.

Item 4. *Aeneid.*

Vt primùm alatis tetigit magalia plantis.

Māpētiā, μαρπῆ, Sarmatiae Asiaticæ vrbis, auctore Ptolem. *lib. 5. c. 9.* Vulgo Copia.

MAPPĀ, æ, Linteum quo mensa sternitur, aut certè qua manuum sordes in mensa abstergimus. { ὄθην. GALL. Nape. ITAL. Touaglia. GERM. Ein tischlach oder tischzweh. Hisp. Los manteles à touajas. ANGL. A table cloth, à table napking, a towell. } Nam in conuiuio pio se quisque mappam afferebat. Mart. *lib. 12.*

Attulerat mappam nemo, dum furtæ timentur.

Plin. *lib. 19. c. 1.* Ardentes in focis conuiuiorum vidimus mappas, soribus exustis, splendescentes igni magis quam possent aquis. ¶ mappam (inquit Quint. *lib. 1. c. 9.*) visitatum Circo nomen Poeni sibi vendicant, idcirco autem dicit mappam Circo visitata, quod in ludis Circensis Prætor soleat præsidere, qui mappæ missione signum dabat in eundi certaminis. Mart. *lib. 12.*

Cretatam Prætor quum vellet mittere mappam,

Prætori mappam surripit Hermogenes.

Septimius Florens, Cognoscere dementiam de vanitate: missi dicunt, & nuntiant inuicem, quod simul omnibus visum est. Teneo testimoniū cæcitat̄: non vident missum quid sit, & mappam putant: sed est diaboli ab alto præcipiti figura. ¶ mappam etiam vulgo vocamus tabulam, in qua pictus est mundus, vel aliud aliquid, quia est extensa tanquam mappa. ¶ A mappa verò fit diminutiuum mappula.

Mapparius, qui mappam in circu mittebat.

Maracha, μαράχη, vrbis Indica, Gentile Marachius, Steph.

Maranus, Apostata.

maras,

Maras, μάρας Suidæ, nomen proprium viri ex Berea Syriæ ciuitate, qui ut dicitur, ita humanissimus, & officiosissimus in omnem ciuitatem hospites extitit. Vide *Suidam*.
Mārāsmūs, μάρασμος. Idem quod *Tabes*, hoc est, totius corporis, vel partis alicuius siccitas, quæ Accidere solet, humore nativo vi caloris absumentio. A verbo Græco μάρασμος, quod est tabesco. ¶ Hinc Febris marasmodes à medicis appellatur hec tæ species, quæ contingit ex febri ardente adeò propagata, ut humorum totius corporis absumat. Vide *Galen. de different. feb. lib. 1. cap. 10.*

Maratha, in rubis nascentia mora. Item templum maius. L.g.b.
Marathemum, μαραθεῖν, Ephesiorum oppidum in Caria: cuius incolæ dicuntur *Marathesij*, Steph.

Mārāthōnā, μαραθωνία, oppidum Thraciæ, non procul ab Abderis: cuius incolæ dicuntur *Marathoniatæ* Steph.
Mārāthōn, μαραθών, Attici agri ciuitas, distans ab Athenis circiter decem millia passuum, non procul à Tricorytho, & Rhannunte: morte Icar regis interfeciti insignis, victoriæque Thesei, tauru Marathonio superato: similiter & Miltiadis gloria, qui ibi centum millia ex Darij Persarum regis exercitu profligauit. ¶ Est & Marathon, exiguum oppidulum Phocidis ad mare, non procul ab Anticyra, ut est videle apud *Strab. lib. 9.*

Marathonius, αὐτός, μαραθωνίος. Vnde *Taurus Marathonius*, dictus est quia pud Marathonem à Theseo interfecitus est. Hic est *Taurus amatus* à Pasiphae, quem Hercules ex Creta eò abegit.

Mārāthon, μαραθών, GALL. *Du fenouil*. ITAL. *Finocchio*. GERM. *Fenkel*. HISP. *Hinojo*. ANGL. *Fennel*. ¶ Latinæ fæniculum dicunt de Marathro & Hippomarathio. Vide *Plin. lib. 11. b. 20. c. 10.*

Mārāthrites, μαραθρῖτες οἱ. GALL. *Vin de fenouil*. ITAL. *Vino di finocchio*. GERM. *Fenkelmein*. HISP. *Vino de hinojo*. ANGL. *Vine of fenell*. ¶ Vinum eo modo dictum quo Aromaticites: nempe quod marathrum infusum habet: valētque ad viuis imbecillitatem adiuuandam. Colum. lib. 22. cap. 35.

Marathus Iulius, nomen auctoris. Suet. in *Aug. c. 94.*

Mārāthus, thi, μαραθός, antiqua Phœnicum ciuitas: cuius meminerunt Plin. lib. 5. c. 20. & Strabo lib. 16. ¶ Stephanus item Marathrum vibem in Acarnania collocat.

Mārāthūsa, τα, μαραθούσα, Stephano, Insula ante Ioniam, Asia regionem, non procul a Clazomenis, cuius meminit Plin. lib. 5. c. 31. ¶ Est & Marathusa, Cretæ insulæ oppidum, apud eundem lib. 4. c. 10.

Marca, vide *Marcha*.

Marcarum, μαρκάρων, mons Troadis, iuxta Geraghitem, incolæ Marcæilius. Steph.

Mārcellā, μαρκήλη, nomen mulieris Romanæ, quæ quum à matre rogata esset, gauderetne se nupississe: ita valde respondit, ut amplius nolim.

Mārcellus, nomen viri clarissimi Romani proprium, cuius res gestæ, & à Liuio, & ab aliis litteris tractatæ sunt. Hic Gallorum ducem singulari certamine fudit, spolia legit. Annibalem primus vinci posse docuit: Syracuse per tres annos obledit, & tandem expugnauit, quinques Consul. Qui postremo consulatu, dum ad occupandum collem quandam cum paucis proficisci reteret, in sidis circumuentus, occisus est, magnificèque Annibale virtutis causa elatus. Marcellus quasi Martius. Plutharch. in *Marcello initio*.

Mārcéo, es, ui, Putredo. ¶ πατέρας namák ναθάλ, σπόνους, μαργαριτας. GALL. *Estre flestri, pourri & gasté*. ITAL. *Marcire*. GERM. *Sausen vers welcken*. Item Rhinemmen oder Krafftlos werden. HISP. *Marchitarse*. ANGL. *To wither, to corrupt, to waxe rotten*. ¶ Martial. lib. 5. Marcentes tibi portigentur vuæ. ¶ Nonnunquam idem quod langueo, rabeo & tabesco. Ouid. i. *Amor. Eleg. 13.*

Cure ego plector amans, si vir tibi marcet ab annis.

Cels. lib. 2. c. 2. Si marcet animus, si corpus torper, si moueri loquique piget. Liu. 3. bell. Pun. Sed qui pugnant, marcere Campana luxuria, &c. Vigebat in hac parte miles: in illa marcebant omnia. Velleius. Marcente & oscitare, Senec. cap. 2. de tranq.

Mārcesco, Putresco. ¶ πατέρας namák ναθάλ, δαμαργαριτας. GALL. Deuenir ou estre pourry ou gasté. ITAL. *Marcirci, guastarsi*. GERM. Knheben faulen. Item, Krafftlos werden. HISP. *Marcharse, ser marchito*. ANGL. *To waxe rotten or withered*. ¶ Plin. lib. 10. c. 48. Corpus occisæ statim marcescit. Ponitur quandoque pro languisco. Sueton. in *Calig.* Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Liu. 8. bell. Pun. Ad hæc equitem marcescere desidia. Marcescere otio. Idem lib. 5. d. 4. Marcescente stomacho (alias Marcento.) Suet. in *Calig. 18.* ¶ Huius composita, Emarcesco & immarcesco, de quibus suis locis.

Marcha, terminus, finis.

Marchio, princeps, qui præest marchiæ, id est, limiti. GERM. *Markgrave*, quasi limitis comes; quem vocant liminacham. ex Latino, & Græco.

Mārcidūs, αὐτός, adiectivum, Putridus, languescens. ¶ πατέρας nothel. σπόνους μαργαριτας. GALL. *Flestri, pourri*. ITAL. *Marcio, marcito*. GERM. *Sauwel*. HISP. *Cosa marchita o mustia*. ANGL. *Rotten, unlustie, withered*. ¶ Plin. lib. 11. c. 37. Fæsis equis aures marcidæ. Idem. in *Panegyr.* Alij marci di somno, hæsternaque coena redundantes, comitorum suorum nuntios operiebantur.

Mārcor, marcoris, Putredo, vel languor, & consumptio, quæ & Tabes dicitur. ¶ πατέρας mak. σπόνους, σπόνους GALL. *Flestrissare ou pourriture*. ITAL. *Mercia*. GERM. *Seule / verwelkung / verzeerung*. HISP. *Marchitura*. ANGL. *Withering, unlustiness*. ¶ Plin. lib. 22. c. 92. Si ferri, vel chalybis aliqua rubigo, vel panni marcor affuerit. Celsus de *lethargo* lib. 3. cap. 20. In hac marcor, & inexpugnabilis penè dormiendi necessitas.

Mārcipör Marci puer, hoc est, famulus: sicut Publipor, Lucipor, & alia huiusmodi. Plin. lib. 3. c. 1. Singuli Marcipores, Lucipores, domini gentiles, victimum in promiscuo habebant. Quibus verbis significat Plinius, priscos Romanos singulis seruis contentos fuisse: quare Marcipores, quasi Marci pueri vocabantur, hoc est, ministri & asseclæ, ut Græci νεῦδος, vocant seruos. Quod in numerosa familia postea fieri non potuit. Fabius lib. 1. In seruis iam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur à domino: unde Marcipores, Publipores.

Mārcipónas, lacro fuit insignis in sylva Dodonea, ut scribit Tortellius. **Mārcomâni**, νυκτοὶ μαρκόμανοι Populi Germaniæ, quos Cæsar cum

Ariouisto Germanorum rege superauit. Hos Bohemos, vel Morauos putant esse. Vulgo Die Mehren. Stat. lib. 3. Syluar.

Quæ modo Marcomanos post horrida bella, vagosque Sauromatas.

Vide *Strab. lib. 7.*

Mārcūllus, diminutivum à Marco, inquit Festus. Idem. l. 19. c. 7. marculus, malleus pusillus Lucill. & velut in fabrica seuens cùm marculus, ferrum multorum magis tuditantium ictibus tundit.

¶ Est etiam nomen instrumenti, quo fabii æratij uti solent. ¶ *Ursus* patrissch. ὁ κατηνός κακίων οὐδεὶς. GALL. *Un martau de chaudronnier*. ITAL. *Martello di magnano* GERM. *Ein hammer oder dergleichen wercktheider dertischmiden*. HISP. El. *marrillo de hierro*. ANGL. *A cooper smithes hammer*. ¶ Plin. lib. 7. c. 56. Tegulas inuenit Cinyra Agriopæ filius & metallæ tristis, utrumque in insula Cypro: item forcipem, marculum, vectem, incudem. Matial. lib. 12. Nec cogitandi spatium, nec quiescendi in viba locus est pauperi, negant vitam ludimagistri manæ, nocte pilotes, ætariorum marculi die toto. Et tamen Caper Grammaticus scribit *Martulus* est Sacerdos à marce, non marculus. Ego illo auctore Martulus dicendus pro mallo, quod vulgaris lingua retinet. Reuisor hic notat insectam huius Calepini. Quid hoc ad martulum pro mallo? Ita inepti Calepinistæ lectoribus imponunt.

Marcus Antonius orator, vide in *Antonio*.

Mārdi, μαρδόν, populi Aficæ, supra Pontum, non procul à Colchide, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 6. ¶ Stephanus Mardos quosdam inter Hyrcanos collocat.

Mardochea dies, μαρδοχαιον ἡμέρα, Macch. 15. c. 17. Intelligitur *Purim*, quo Iudei celebrabant memoriam liberationis, Dei beneficio præstite per consilium Mardochæi. Vide infra *Pur*.

Mārdōnēs, μαρδόν, gens Epitotica.

Mārdōnius, μαρδόν, Ex præcipuis fuit Persarum Satrapis, quem Xerxes prælio nauali apud Salaminem à Themisto superatus, cum trecentis armatorum millibus in Græcia reliquit. Hunc postea Pausanias speciosissima victoria apud Platæas superauit: ubi & Mardonius ipse occubuit, ab Aimnesto quodam Lacedæmonio interfactus. Vide Herodot. lib. 9.

Mārē, huius maris, à Syriaco *Marath*, seu Hebr. *Marah*, amarum esse: siue *Marar*, quod idem significat. Nisi malis à μαρανία. Pelagus, oceanus, æquor, dictam (ut putatur) ab amaritudine aquarum. ¶ iam, θάλασσα GALL. *La mer*. ITAL. *Mare* GERM. *Das meer*. HISP. *La mar*. ANGL. *The sea*. ¶ *Ving. 2. Eneid.*

— *Vastum marius & quor arandum.*

Idem 2. *Aeneid.*

— *quum Iupiter æthere summo*

Despicens mare veliuslum: terrasque iacentes.

Cic. 1. *Tusc. translate*, Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio.

Pro te vel rapidas ausim Maris ire per undas.

Tibull. lib. 4. A mari supero per Apennini dorsum. Suet. in *Cas. c. 44.* Mare haud est mare, vos estis mare acerrimum. Nam mari reperi, hic clavi bonis. Plaut. *Afin. sc. 2. a. 1.* Oras Italicas quâ egreditur mare, alias, quas adgreditur mare, Idem Men. sc. 1. a. 2. quisnam ille fluuius est, quem non recipiat mare. Idem *Circ. sc. 1. a. 1.*

Sepe mari pars intus erat.

Ouid. *Ete. 10. lib. 1. Trist.*

— *Contentus parte dolorum*

Exiguum pleno de mare (i. mari) demat aqua.

idem. *Eleg. 3. lib. 5.* ¶ *Magnum mare, i. mare Mediterraneum*. Isid. lib. 13. c. 16. Mare Magnum est, quod ab occasu ex Oceano fluit, & in Meridiem vergit, deinde ad Septentrionem tendit: quod inde magnum appellatur, quia cætera maria in comparatione eius minora sunt. Cic. 1. de *diuinat.* Iamque mari magno classis citâ texitur. Plin. lib. 9. Intrant è magno mari Pontuari veeno tempore gregatim. Luctet.

Ille quoque ipse viam, qui quondam per mare magnum.

Stratis.

Vbi de Hellestonti angustiis loquens ad maris totius Mediterranei magnitudinem respexit. Græci ob magnitudinem & vastitatem *Δαστύς* dicunt. Magnum mare etiam dicitur, quod inflatur intumescitque tempestate, atque isti altum attollitur & incurvatur Salust. in *Iugurth.* Nam vbi mare magnum esse, & saevire cœpit ventis in MS. *venitus cœpit.* ¶ Maximum autem illud mare, quod totam terram ambit, à velocitate Oceanum appellant. Illud vero, quod inter Abylam & Calpen irrumens, Africam diuidit ab Europa, Mediterraneanum mare vocatur. Utiusque autem maris partes à prouinciis quas allunt, varia sortiuntur nomina. Sic Oceanum Atlanticum vocamus mare illud quod ab Occidente Atlantem montem alluit. Britannicum quod Britanniæ: Germanicum, quod Germaniæ est proximum. Ad hunc etiam modum sinus ille maris, quem Mediterraneanum mare vocamus, à regionibus quas alluit, varia inuenit nomina. Nam vbi Hispaniam alluit, Ibericum appellatur: vbi Liguriam, Ligusticum, vbi Tuscia proximum est, Tuscum mare, vel Tyrrhenum appellatur. Sed hæc latius suis locis. Mare cælo miscere, est omnia turbare, nihilque non facere. Virg. de Iunone omnia aduersum Troianos teatante,

maria omnia cælo Misericit.

Iuuenal. *Satyr. 6.*

— *claves licet, & mare cælo*

Confundas, homo sum.

Mari terraque quarere, id est, vbiique. Plaut. in *Pœn.* posquam eas perdidit, Mari terraque illas vsqueaque quarit. Sic Cicero, Terra marique conquirete. ¶ Mare quandoque pro sinu mariis usurpatur. ¶ Mare iunci, ieu caretæ, est mare rubrum, iugularis: Δαστύς, Sinus mariis est, Arabiam felicem à meridie alluens ab angustiis Arabici sinus vsque ad sinum Persicum extensus. Rubrum appellatum, non quod aqua eius re vera sit rubra (ut plerique putauerunt,) sed quod eiusmodi appareat, à subiectæ arenæ rubidine, vel Solis repercussu, Siue, (quod magis placet) imitatione Græcorum, qui mare hoc Erythraeum appellant, ab Erythra rege Persei & Andromedes filio, qui ea in orientem imperavit, vbi etiam sepulchrum eius ostendi solet, teste Strab. lib. 16.

B 5

Latini

Latini itaque rati Erythraeum a Græcis dictum, quod ἐρυθρός, hoc, est, rubrum esset, ipsi quoque Rubrum mare appellavit. Vide latius apud Strab. loco iam indicato. Hebræi vocant mare Suph, hoc est, procellosum, vel caricosum, seu fruticosum. Contenduntque pro rubro sic fuisse Latinè verendum. Mare mortuum. Iustinus historiar. lib. 30. de Iudea In ea regione lacus latus est, qui propter immobilitatem mortuum mare dicitur. Hic Asphaltites lacus, Iosepho, Plinio, Solino. Cum mari comparata vita. Senec. c. 9. de consol. ad Polyb. Mare mortuum, vita sine fortunæ telis. Idem Epist. 68. ¶ Mare salis, est lacus ille salsuginine infectus, mistus cœlesti pluviæ, qua fuerunt eversa Sodoma, Gomorrah, Adama, & Zepoym, cum suis vicis & villis: is lacus dicitur Asphaltites, & mare mortuum, id est, inhabile ad alienum animalia viventia. ¶ Mare fusum, erat vas æreum, amplum, in templo, ubi sacerdotes ad altare ascensuri ante manus & pedes abluebant. ¶ Mare vitreum, ante thronum Dei, sancto Ioanni in visione Apocalypticæ ostensum, videtur fuisse ingens lacus, ad instar eius maris, quod olim in templo erat ad vslus sacerdotum. ¶ Mare in sacris & profanis litteris aliquando significat copiam, non tantum rerum multarum & profundarum, sed etiam hominum, qua mare capax est, & multis vndas, easque variis animantibus diuites, continent.

Mārīnūs, a, um, quod mare incolit, vel quod est in mari, vel ex mari. θαλάσσης, θάλασσας. GALL. De mer. marin. ITAL. Marino. GERM. Das in dem meer wohnt. HISP. Cosa de mar. ANGL. Of the sea. ¶ vt piscis marinus, marina aqua, Ostieæ marinæ, apud Plin. lib. 10. cap. 6. 9. Cic. 2. de natura deorum. Probabile est igitur præstantem intelligentiam in syderibus esse, quæ ætheream partem mundi incolant, & marinis terrenisque humotibus longo intervallo extenuatis aluntur.

Sive marinas flumine cogit aquas.

Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Trist. ¶ Transmarinum autem dicimus quod trans mare est. οὐερβαλαστοῖς: vt Transmarinæ merces, & Transmarinus triumphus.

Mästus, *μαστός*. Latinè mamma, & propriè animalium est Per translationem tamen Masti etiam appellantur tubuli mammati in fontibus, & aqueductibus, quos Latinorum nonnulli Mammas, Vattro etiam Papilias vocat. Vitru. lib. 7. Athenis (inquit) ex huiusmodi locis & fontibus masti usque ad portum Piræum ducti sunt salientes. A Cassiodoro etiam Uberta appellantur, Quanto (inquit) pulchrius est Claudiam aquam per tota montium juga lavacris, & domibus liquores purissimos fistularum uberibus immisit. Plin. lib. 26. c. 15. herbam etiam huius nominis esse dicit, quæ potui indita, pilos mammam à parte nascentium auferit.

Mästus, *μαστός*, Eques Romanus fuit tempore Tiberij. Iureconsultus non incelebris, qui publicè de iure scriptit.

Mäteotechnia, *ματεοτεχνία*, Superuacula atque inutilis artis imitatio, & vanitas artis dicitur, quæ scilicet artifici nihil affert commodi. Eiusmodi fuit ars eius, qui ciceris grana ex spatio satis longinquò in acum sine frustratione injiciebat, *ματαρός* enim vanū dicitur *τίχυος* ars. Matapontum, metabula maris. Fortè, *Metaponitum* *μετάβολη* maris. Mataris, teli genus, minus lancea Steph.

Mataurus, *ματαύρος* Siciliæ oppidum Loctorum opus, cuius incolæ dicuntur Mataurini. Steph.

Mataxæ, inquit Budæus, sunt manipuli & fasciculi cannatum quos Vitruvius, iomice alligati iubet. Iplaque, inquit, tectoria abacorum & speculorum divisionibus circa se prominentes habent expressiones. Existimo autem ex Æmari Rauconeti sententia, divisiones abacorum formas esse quadratas in tectorio prominentes: speculorum autem divisiones formas esse rotundas. Hæc Turnebus.

Matella, Matellio, vide Matula.

Mateola, apud Plin. & Catonem, genus est sarculi. Cato de rer. sc. 46. Quum taleam demittes, pede taurum opprimo: si parum descendit malleolo, aut mateola adigit: cauetoque ne librum scindas, quum adiges.

MATER, huius matris. Notæ significationis nomen est, à Græco μήτηρ. ¶ *μήτηρ* em GALL. Mer. ITAL. & HISP. Madre. GERM. Eine mutter. ANGL. A mother. ¶ Cic. pro A. Cluent. Nam Sassia mater huius Habitu (mater enim à me nominis causa), tametsi in hunc hostili odio & crudelitate est, mater, inquam appellabitur: neque vñquam ita de suo scelere & immanitate audiet vt naturæ nomen amittat. Virg. 8. Eclog.

— *crudelis tu quoque mater.*

Carentes matre privigni, Horat. 3. Carm. Ode 24. Mater abest, nihil iubeo Romane requiras. Ouid. 4. Faſt.

Mater, ait virgo, mota est Dea nomine Matri.

Quid facis in solis incomitata locis.

(Honoris verbum.) ibidem Triste mattibus agmen. Senec. cap. 2. de consol. ad Mart.

Quam multas matres fecerit ille Deus (Iupiter.)

Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Dum adventu matris proflit (virgo) excutitur malum. Catull. ad Ortalum.

Me pia detinuit coniux, pia mater Achillem.

Ouid. 13. Metamorph.

Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis

Altera nobilitas.

Sine matre creata carmina Palladis exemplo, idem Eleg. vlt. lib. 3. Trist. Mater tu(ei)cadem hera es. Plaut. Afin. sc. 2. a. 1. Salutem dico matri & patri. Idem Capi. sc. 3. a. 2. Vtrum te spem, an matrem salutem (i. qui vt mater mihi das lucis tuendæ copiam) Idem Pseud. sc. 4. a. 2.

¶ Aliquando tamen pro nutrice usurpat, Plaut. utramque significationem complexus est. Ita forma simili pueri, vt mater sua non inter nosse posset, quæ mammam dabat. Neque adeò mater ipsa, quæ illos pepererat. ¶ Sumit etiam hoc nomen latius, vt & de brutis animantibus dicatur, quæ foetum ediderunt. Mater, inquit Nonius, quæ quodus animal partu edit. Virg. 3. Georg.

— *excretos prohibent à matribus hædos.*

¶ Mater mellis, apis. Varr. 2. de rer. sc. 5. Denique ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes, mellis matres. ¶ Transfertur & ad arbores, quæ matres dicuntur ob propagines, quæ ex ipsis nascuntur. Plin. lib. 12. c. 5. Superioris eiuldem rami in excelsum emicant, sylvosa multitudine, vasto matris corpore. ¶ Luxuriae avaritiae matr. Cic. 2. de Orat. ¶ Sapientia omnium bonorum mater. Idem 2. de legibus. ¶ Mater matræ matrem viuam habens: hic pater patræmus, pater habens patrem viuum.

Matercula, diminutivum à mater. ¶ *ματρικοίς, ματρικίδιος*. GALL. Peccite mere. ITAL. picciola madre. GERM. Eine müterlin. ITAL. Pequeña madre. ANGL. A little mother. ¶ Cic. pro Flacc. Nunc denique matriculæ suscipientur, aniculæ minimæ suspiciose purgat se per epistolam.

epistolam. Horat. 1. epist. 7.

Dum pueris omnis pater & matrula pallet.

Māternūs, a, um quod matris est { μητρός. GALL. De mere. ITAL. Di madre. GERM. Mütterlich. HISP. Cosa de madre. ANGL. of the mother. } vt, Maternus, paternusque sanguis. Cicer. pro Rose. Amerin. Idem pro Cluen. quo est nomen amantius indulgentiusque maternum. Ouid. 3. Metamorph.

— maternaque tempora complet.

Virg. 4. Aeneid.

— materno veniens ab auro Cyllenia proles.

Vbera materna Statius 1. Thebaid. Maternus animus, Terent. in Heaut. Res materna atque paterna absumptæ, Horat. 1. Epist. 16.

Sed neque materno quod sum generosior ortu,

Ouid. 13. Metamorph. Maternus illius animus in nos. Senec. cap. 1. de consol. ad Helciam.

Et modo maternis tecta videtur aquis.

Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Māterfamilias, vxoris species est. { תִּבְרָתְּהַלְּתָן הַבָּלָתָה הַבָּאֵתָה. GALL. Mere de famille, la maistresse ou dame de la maison. ITAL. Patrona di casa, donna, madonna GERM. Ein haus, mutter HISP. Muger casada y dueña de casa. ANGL. The good wife or mistress of the house. } Non enim quævis vxor statim materfamilias est, sed ea sola, quæ in mariti manu mancipioque est, aut in cuius manu mancipioque est maritus, ita dicta, quoniam non in matrimonium tantum sed in familiam quoque mariti, & in sui hæredis locum venit. Festus dicit, autem matrem familiæ dici, quæ vir eius pater familiæ appellatur: nec posse hoc nomine plures, in una familia appellari, sed unam tantum matremfamiliæ dici. Vlpianus 1. pronuntiarum. ff. de verb. signific. aliter hoc nomine interpretatur. Matremfamiliæ (inquit) accipere debemus eam, quæ non inhonestè, sed honestè & cum dignitate vixit. Matrem enim familiæ à ceteris fœminis mores discernunt atque separant: proinde nihil interest nupta sit, an vidua, ingenua, an libertina. Nam neque nuptiae, neque natales faciunt matremfamiliæ, sed boni mores. Liu. 4. bell. Macedon. Et quum tibi viro liceat purpura in ueste stragulata vti, matremfamiliæ tuam purpureum amiculum habere non sines; iusta matremfamiliæ, & Pellex, contraria, Liu. 9. bell. Maced. Hunc iusta matremfamiliæ, illum Pellice ortum esse. Vide hac de re plura apud. Gell. lib. 18. cap. 6. & apud Boetium in comment. 3. in Topic. Cicer. Materfamiliæ quoque dicitur quæ est sui iuris & emancipata, Vlpian. in 1. post mortem. ff. de adopt. & emanc. Per supremi Regis regnum iuto, & matremfamiliæ Iunonem. Quæ sit & quid differat à matrona, Gell. cap. 6. lib. 18. Porro quod ad vocis huius compositionem attinet, Familiæ antiquus est genitius Græcorum imitatione formatus: qui genitium fœmininorum in a purum desinentium mittunt in as.

Māter māgnā, dicebatur Tellus, deorum (vt vetustas eredit) omnium mater, à Græcis Cybele dicta, cui sus prægnans mactabatur, quæ hostia est propria terra. κυβελη. Dicitur & mater alma, quod omnia alat. Item mater deum, quod omnia generet. Vocatur item Mater Phrygia à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma vocant. Māter mātrīmā, illa quæ quum mater sit, adhuc matrem habet viuentem. Vide infra in dictione Matrimus.

Māter mātūtā, Aurora dicitur, quam antiqui, teste Festo, ita appellabant, à vetusto nomine Manum, quod illis bonum, significabat. ἀσκοθεία. Hanc Poëtae fingunt fuisse Ino Cadmi filiam, quæ Athamantis furorem metuens, una cum Melicerta filio sese in mare præcipitauit: qui quum nusquam conspicerentur, in marinos deos mutati credebantur: atque ipsa quidem à Græcis Ασκοθεία, & à nostris Mater Matuta. Melicertes autem ab illis μελικέτας, & à Latinis Poitunus appellatus est. Cicer. 1. Tuscul. Ino Cadmi filia Ασκοθεία nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris.

Mātertērā, mātris soror, quasi mater altera, inquit Festus. { μητρέδηφη. GALL. La sœur de ma mere, ma tante. ITAL. Zia. GERM. Der mutter schweste. HISP. Hermana de la madre. tia. ANGL. The sister of my mother, myne aunt. } Cicer. 2. de Oratore. Quorum nostra erat matterera, &c. Idem. 1. de diuinat. Puellam defatigatam petiisse à matterera, vt sibi concederet paulisper, vt in eius sella requiesceret. Ouid. 1. Metamorph.

— tu tantum fida sorori

Esse vello, prolisque mea matertera dici.

Pater meus istum gestauit. At mea matertera. Plaut. Curt. sc. 2. a. 5.

¶ Matertera magna auia, maior proauia, maxima abauia mea soror dicitur: de quibus Iurisconsultus in 1. Iurisconsultus. ff. de grad. cognat.

Mātralīa, matris Matutæ festa, tertio Nonas Iunij celebrari solita μητρέα. Ouid. lib. 6. Fast.

Ite bona matres, Vestrum Matralia festum,

Flauaque Thebana reddite liba dea.

Mātronā, dicitur, inquit Gell. lib. 8. cap. 6. quæ in matrimonium cum viro conuenit, etiam si liberi adhuc non sint suscepti. נָעָלָת הַכְּבָרָה בָּהָלָת habbaith. δικοδιατροια. GALL. Dame, maistresse à une maison. ITAL. Patrona di casa, matrona. GERM. Ein eerlich eheweib. HISP. Matrona, señora de casa. ANGL. The goodwife housewife. } Quippe appellationem habet à matris nomine, non adepto, sed cum ipso & nomine mox adipiscendi. Vnde ipsum quoque Matrimonium vocatum est, quoniam eo vir & vxor coniunguntur, vt illa mater fiat. Plaut. Cas. Non matronarum officium est, sed meretricum, Viris alienis, mi vir, subblandiuer. Cicer. 3. de natura deorum. Natio quoque dea putanda est: quia quia partus matronarum queatur, à nascentibus Natio nominata est. Ouid. 1. Metamorph.

Senserat hoc olim magni matrona tonantis.

Vt matronarum hic facta pernouit propè, vbi earum luxus recentur. Plaut. Aulul. sc. 5. a. 3. Deripiamus aurum matronis palam Ibid. sc. 6. a. 4. Matronæ, non meretricum est unum inseruire amantem. Idem Mostell. sc. 3. a. 1. } Distinguitur autem matrona à matremfamiliæ, quod materfamiliæ dicatur, quæ per coemptionem in manum mancipiūnique viri conuenit, & in sui hæredis locum, virōque inter-

stato, veluti filia, succedit. Matrona autem, quæ & vxor vñu dicebatur, quæ in lexitantum consortium veniebat, non etiam bonorum. Vide Boët. in Top. Ciceronis. Vide supra in dictione. Materfamil. Vide Sc. Gell. cap. 6. lib. 18.

Mātronālis, e, adiect. apud Liu. 4. bel. Maced. Matronale decus apud Col. lib. 12. in procœm. Matronalis labor, qui proprius matronæ est. Matronales genæ. Ouid. 2. Fast. de Lucretia.

Quæque potest narrat: restabant ultima, fleuit,
Et matronales erubueré genæ.

{ γυναικεῖον, οὐ τὸ ὄντος οὐδὲν GALL. De matrone, de femme d'honneur. ITAL. Di femina honorata. GERM. Das eines eeren weib ist. HISP. Cosa de matrona. ANGL. of a matron, or a woman of honour. } Matronale decus. Liu. lib. 3. 4. SC. de matronali iure ac de fœminis fumosis. Suer. in Tiber. cap. 3. 5.

Mātronā, vulgo Marne Nomen est fluuij Campaniam Galliaru malleantis: de quo sic Ausonius in Mos.

Non tibi se Liger anteferet, non Axona præceps,
Matrona non Gallos Belgique interfisa fines.

Mātronālis, qui erant dies matronis festi, quibus vti pro conseruacione coniugij diis supplicabant. De iis Plutarch. in Rom.

Mātricidā, æ, qui matrem occidit. Hinc matricidium, matris occiso. { μητροκτόνος, μητροκτονία. GALL. Homicide & meurtre de sa mere. ITAL. Ucciditor della madre. GERM. Der sein mutter ermordet. HISP. El que mató a su madre. ANGL. That killeth his mother. } Cic. ad Quint. Fr. lib. 1. Quem scibis certissimum matricidam.

Mātricidium, ij, { μητροφονία, μητροφονία. GALL. Homicide fait de sa mere. ITAL. Homicidio di madre. GERM. Ermordung oder totschlag seiner mutter. HISP. Matanza de madre. ANGL. Killing in or murde ring of the mother. } Cic. 1. de Inveni. Orestes si accusetur matricidij.

MATRIMONIVM, ij, est maris & fœminæ coniugatio. { מִתְּנָנָן chatanah. σύζυγια, ζεζαγια. GALL. Mariage. ITAL. Matrimonio. GERM. Die che oder chestant. HISP. Casamiento, matrimonio. ANGL. Marriage. } Cic. 5. Verr. Vettius affinis, cuius sororem habes in matrimonio. Idem pro Client. Salliam in matrimonium ducere cupuit. Idem, quæ nuptiae non diuturnæ fuerunt: erant enim non matrimonij dignitate, sed sceleris societate cōiunctæ. Idem 2. Philipp. Curio te à meretricio quæstū abducit, & tanquam stolam dedit in matrimonio stabili, & certo collocauit. Nunquam caußam dicis quin te hoc multem matrimonio; Plaut. Amphit. Nullis matrimonii diuertentibus, (id est, coniugibus.) Gell. cap. 3. lib. 4. Matrimonij causa esse cum aliquo. ibidem. In matrimonium amare meretricem. Quintil. Egone me patiar hic esse in matrimonio, vbi vir compilet quicquid domi est. Plaut. Menach. sc. 1. a. 4. ¶ Matrimonia contrahere, dimittere, tenete. Sueton. in Calig. c. 2. 5. Dictum autem matrimonium, à matris nomine, quia ideo nubunt fœminæ vt matres aliquando fiant. Et vt Gell. c. 6. lib. 18. loquitui, à matris nomine non adepto, sed cum spe mox adipiscendo. Vide in voce Matrona, & in voce Nuptia.

Matrimonialis, e, quod ad matrimonium pertinet. { γαμήλιον. GALL. De mariage. ITAL. Di matrimonio. GERM. Das dem Chestand zu gehört. HISP. Cosa matrimonial. ANGL. Of marriage. } Aug. lib. 13. de ciuit. Quid concubitus conjugalis, qui secundum matrimonialium praescripta tabularum procreandorum fit causa liberorum?

Matrielis dicitur qui ex matris fratre prognatus est. Vlpian. 1. 1. ad legem Pomp. de patr. { ἀδελφός εἰς γυναικόν, οὐ ἀδελφός εἰς μητροκτόνον. GALL. Le fils ou la fille du frere ou de la sœur de ma mere. ITAL. Figliuolo ò figliuola del fratello di mia madre. GERM. Meiner mutter bruders Kind. HISP. El primo, hijo del hermano de la madre. ANGL. An auctes child, a morher sisters child. }

Matrielis, est mati similem fieri. μητρόζεν. GALL. estre fait semblable à sa mere. ITAL. Assimigliarsi alla madre. GERM. Der mutter gleich werden. HISP. Semejarse a la madre. ANGL. To be lik to the mother. } Pacuu. Utinam nunc matrescam ingenio, vt meum patrem vleisci quacum. Nonius. Mātrīmūs, mi, { οὐ μητρόζεν ζεζων ζεζων. GALL. De qui la mere est encor vivante. ITAL. Colui che ha la madre anchora viva. GERM. Des fein mutter noch läbt. HISP. El que tiene a su madre viva. ANGL. Whos mother lives yet. } Qui matrem adhuc habet superitem, quemadmodum patrimus qui patrem. Cic. de Arusp. resp. Si puer ille patrimus, ac matrimus terram non tenuit. Reliqua vide infra in dictione Patrimus, & supra, Mater, Matrima.

Mātrix, icis fœmina, quæ fœtus gratia tenetur. { GALL. Vne portiere, vne femelle qu'on garde pour porter des petits. ITAL. La femina di qualche animal che se tiene per razza. GERM. Ein iedes roßlichen geschlecht darum man Junge zeucht/ein zuchtmutter. HISP. La madre, ò que puede serlo. ANGL. A damme or mother. } Colum. Sint ergo matres robusti corporis, quadratae, pectorosæ, magnis capitibus. Idem lib. 17. cap. 3. Ut eadem ratione matres ineantur. } Medici accipiunt pro uterulo, qui in fœminis iunctus est vesicae, ad recipiendum semen, & continentum fœtum accommodatus. מִתְּנָנָן רְכֹתֶם. uter. Vide Gell. lib. 2. c. 7. } Matricem arborem dixit Suet. in Aug. ex qua stolones succreuerunt. Et ex ea arbo, inquit, continuo nata soboles, adeò paucis diebus adoleuit, vt non æquiparet modè matricem, verum etiam obregeret. Matrix autem arboris appellatur, quod in medio ligni, vel caudicis continetur, à nonnullis cor, ab aliis Medulla dicitur, Theophylacto, μητρός. Vide Ruellum. lib. 1. c. 2. } Matrices etiam vibes dicuntur quæ à Græcis appellantur μητρόπολεις, ex quibus multæ aliae vibes narræ & ductæ sunt.

Maticula, diminutiuum à matrix Catalogus, descriptio, index, numerus, Maticularius, Ecclesiæ cœconomus.

MĀTERIA, iix, seu Materies, ei, à mater. Est ex qua aliquid fit. { οὐδεν. GALL. Materie comme bois à basir, marrain ou autre chose. ITAL. Materia, foggetto. GERM. Alleien zeug oder materi darauß man etwas macht. HISP. Madera, ò materia. ANGL. A el maner of stuffo work upon. } vt Materia libri membrana est, & atramentum. Ouid. 2. Metamorph.

Regia Solis erat sublimibus alta columnis,

Clara micante auro. &c.

Et paulo post.

Materiam

Materiam superabat opus: nam Multiber illuc

Æquora calarat media cingentia terras, &c.

¶ Materia domus, calx, lapides, ligna, saxa, & tegulae: quæquam Materiæ appellatione præcipue intelligentur ligna, quæ ædificiis aptantur. Liu. Multam materiam ceciderat miles. Quintil. lib. 7. cap. 1. Opera extiuentibus satis non est, saxa, & materiam, & cæteræ a ædificanti congerere utilia, nisi disponendis eis, collocandisque artificum manus exhibeatur. Colum. lib. 3. vocat materiam lignum, quod est intra corticem. Quasi cuneum ferreum (inquit) vel osseum inter corticem & materiam lene demittito, nè lædas, aut rumpas corticem. Idem lib. 5. cap. 6. Materiam vocat palmitem, qui de nouello nascitur: & in tenero alligatus dependet. ¶ Materies de equis etiam dicitur. Colum. lib. 6. c. 2. 7. Equinum pecus tripartitò diuiditur: est enim generosa materies quæ circa faciisque certaminibus equos præbet. ¶ Accipitur etiâ Materia pro argumento libri, aut orationis, aut carminis. ¶ *matem GALL.* Argument, matiere, subiect. ITAL. Argomento, sogetto. GERM. Der inhalte alles das da von in einem buch oder geschrift gehanbleit mit. HISP. Argumento, materia. ¶ Horat. de Arte Poët. Sumite materiam vestris, qui scribis, aquam visibus. Sueton. de clar. Gram. Ad exercitanda discen-tium ingenia, æquales inter se committere solebat, proposita non solùm materia quam scribebent, sed & præmium quod vñctor auferret.

Non hac ingenio, non hac componimus arte:

Materia est propriis ingeniosa malis.

Ouid. Eleg. 1. lib. 5. Trist.

Divitis ingenij est immania Casaris acta

Condere, Materia ne superetur opus.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Et se (Iouem) materiam carminis esse inuit.

idem ibid.

Materia scripto conuenit esse sua.

ibid. Eleg. 1. lib. 5.

Materiamque tuis tristem virtutibus impli.

Idem Eleg. 3. lib. 4. Trist. Materiam belli præbere, Velleius.

Sentit amans sua damna, ferè tamen haret in illis.

Materiam culpa prosequiturque sua.

Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Quos in materia prospereiore iuues;

idem Eleg. 5. lib. 3. Trist. ¶ Materia Triumphorum. Sueton. in Cæs. c. 22. Materiam tumultus subducere, idem in Tiber. c. 22. Nec quid materia præberent conspirandi. (i. occasionis). Idem in Galba c. 9. Cicer. ad Attic. lib. 2. Quod me, ut scribam aliquid hortaris, crevit mihi quidem materies, ut dicis, sed tota res etiam nunc fluctuat, &c. Materia benefaciendi. Plin. in Paneg. 16. Delibasse quædam, seu potius demonstrasse contentus: largam ac propè intactam benefaciendi materiam filio reservavit. ¶ Materia tamen & materies videtur aliquo modo diversa esse, Materiam enim rectè appellamus arboris, panni, cæci, & aliarum omnium rerum quibus opifices vtuntur: non autem materiem. Materies enim potius animum & ingenii spectat. Cornel. Front. de differ. vocab.

Materiale, quod est ex materia, *materiale*, *pulvorum*, à quo Materialiter, aduersum. Vnde materialiter aliquid sumi dicitur, quem non forma rei sed materia significatur. Utitur hac voce Macrobi. comment. lib. 2. c. 12. Materialis influxio. Vox maximè in scholis Philosophorum trita.

Materiarius, substant. dicitur qui materiam ad ædificia suppeditat. *materialis*. GALL. Charpentier ou boscheron. ITAL. Maestro de legname, chi prepara la materia à i muratori. GERM. Der das holt: eines baues zuñst oder zuhn fertigt. HISP. El carpentero. ANGL. A carpenter. ¶ fitque à materia cuius nomine ligna ad fulciendum, ædificandumque necessaria, idoneæ significantur. Plaut. in milit. Adiunt fabri, architectique, eam quidem ad rem haud imperiti. A. Si non nos materia-rius remoratur, quo quidem opus est, Noui indolem nostri ingenij, citò erit parata nauis.

Materiarius, a, um, adiectiuum. ¶ *materie*. GALL. Appartenant à matière. ITAL. Pertinente à matière. GERM. Das zu dem holzwerk gehört. HISP. Cosapertengiente a materia. ANGL. Belonging to mater. ¶ ut Materiarius faber, Faber lignarius: & Materiaria fabr. lignaria. Plin. lib. 7. c. 56. Fabricam materiam Dædalus, & in ea seriam, asciam, &c. inuenit.

Materiör, aris, materiam cedo. Deponens, verbum est castrense, ea forma dictum, qua Lignor. ¶ *materie*. GALL. Charpentier. ITAL. Fabricare. GERM. Holz fellen, sich mit boli, versähen. HISP. Obrar de madera, maderar. ANGL. To dress any stuff or building ol other wwork. ¶ Propriè enim milites materiari dicuntur quum materiam cedunt ad confiendum vallum. Cæsar. 7. bell. Gall. Erat eo tempore & materiarii, & fumentari, & tantas munitiones fieri necesse.

Materiatus, a, um, adiectiuum, quod ex materia confectum est. ¶ *materie*. *materialis*. GALL. Fait de marrain. ITAL. Fatto de legname. GERM. Riss allerley zeug gemacht. HISP. Maderado de madera y otra cosa. ANGL. That is made of any stuff. ¶ Sic Cicer. lib. 3. Officiorum, vocat aedes malæ materiatas, quæ ex mala, & improba materia sunt confectæ.

Materiatio, & materiatura, deducta videntur à verbo Materio, Vtique usus est Vitruv. lib. 4. cap. 2. In ædificiis omnibus insuper collocatur materiatio variis vocabulis nominata. Et paulo post, E quibus rebus, & à materiatura fabrili in lapideis & marmoreis ædium sacratum ædificationibus.

Materiæ, huius materiæ. Teli genus post lanceam longius. Sisenna, Galli materibus, Suevi lanceis configunt. Fœminini generis est, Nonius.

Materius, Materteria, vide Mater.

MATHESIS, is, *μάθησις*, vel Mathema, tis, *μάθημα*, disciplina, fitque à verbo *μαθάνει*, quod & disco significat, & doceo. Propriè autem de iis dicuntur artibus, quæ firmis demonstrationibus constant: cuiusmodi sunt Geometria, Astrologia, Musica, & Arithmetica.

Mathematicus, *μαθηματικός*, à nomine Græco *μάθημα*, quod disciplinam significat. Dicitur propriè, qui Geometria, Musica, Arithmetica, Astrologia que disciplinas nouit. Nam hæ propriè Mathematicæ

scientiae, vel disciplinæ dicuntur, eò quod discantur planè, & per demonstrationem aliquam percipiuntur. Philosophia vetò, vt Logica, cum aliis, non dicuntur disciplinæ, quia non firmissima demonstratione, vt illæ, sed ratione quadam, & studij investigatione percipiuntur. Cic. 1. de Orat. Quis ignorat, ij qui Mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, & quæm recondita in arte, & multipli-ci, subtilique versentur! Iuuenal. Satyr. 14.

Nota mathematicis genesis tua.

Mathematici vrbe pulsi. Suet. in Tiber. c. 36.

Matiaria, *ματιανή*, pars Mediæ, Steph. ex Strab. lib. 12. Hyope, inquit, alibi, vrbs est, *μελιώνη*.

Matiñus. Mons est Calabriæ, authore Porphyrione, apibus abundans.

Lucan. lib. 9.

¶ *calidi bucent luxeta Matini.*

Matiñus, a, um, adiectiuum; vt apis Matina. Horat. 4. Carm. Ode 2.

— *Ego apis Matina*

More medoque

Grata carpentis thyma per laborem

Plurimum circa nemus, vuidique

Tyburis ripas operosa parvus

Carmina fingo.

¶ Cacumina Matina, idem Epod. 16.

— quando

Padus Matina lauerit Cacumina.

Matiom, *Ματίας* insulæ oppidum est, apud Plin. lib. 4. c. 12.

Matrialia, vide Mater.

Matreco, Maticida, Matrimus, Matrimonium, Matrix, vide Mater.

Matrona, Matronalis, vide Mater.

Matiñi, Festo, Homines dicuntur malorum magnarum, atque ore latè patentí.

Matinus, *ματίνης*, fluvij nomen in Piceno, non procul ab Adia vrbe de quo Strab. lib. 5. & Ptol. in descriptione Italia.

Matta, Storia, & reges, quæ sit ex canabe, lino, iunco, palma, scirpo, aut sparto: vbi stuppa, vel scenum, vel lane rudiiores, aut quid simile infertum est. ¶ *ματίνης*, *ματίνης*. GALL. Loudier, materats ou matelats, natte. ITAL. Senola, coperta imbotrita di stoppa, di gottone d' altra cosa. GERM. Ein sergen oder decke aus häro, stroh, hanff, binnen und der gleichen dingin gemacht. HISP. Estera de esparto y juncos, colchon. ANGL. A matt. ¶ Ouid. 6. Fastor.

At dominus, Discedite, ait, plausräque morantes

Sustulis: in plauj. ro scirp: a matta fuit.

Mattarius, qui in matta dormit.

Matteola, delicatus cibus, diminutuum ex mattea.

Mattea, vide Mattya.

Mattiaca, Germania oppidum, calidis fontibus nobilitatum, de quibus sic scribit Plin. lib. 31. c. 2. Sunt & Mattiaci in Germania fontes trans Rhenum, quorum haustrus triduo feruet. Circa margines vero pumicem faciunt aquæ, fortassis ea est vrbs, quam Germani sua lingua vocant, Baden, quæ est in ditione Marchionis Badensis, vbi hoc etiam tempore Thermae sunt magnificentissimæ, & celeberrimæ. Hinc Mattiacas pilas quidam dictas existimant sphærulas ex odorato sapone constantes, quod fortassis præstantissimæ apud Mattiacum conficerentur, Mattialis in distichis.

Si mutare paras longaños cana capillos,

Accipe Mattiacas (quod tibi calua?) pilas.

Idem paulo ante, Causticam spumam pro eodem posuisse videtur quum ait,

Caustica Tencionicos accedit spuma capillos,

Captius poteris cultior esse comis.

Mattus, *ματτίς*, Gloss. GERM. Mat. est defessus, fractus labore.

Iisdem. GERM. Wat & Mat. pauper, miser, vilis, non magni pretij.

Mattici, vide Mattici.

Mattyæ, quid sit ostendit Cælius lib. 9. c. 12. his verbis, Mazam (inquit) putant, ex farina, oleo & aqua confici solitam: Suidas etiam ex lacte, vnde nox paulo nata & mattya est, dictaque eo nomine pretiosæ omnia edulia, vt scribit Athenæus. Martial. lib. 10. Epig. 59.

Dives & ex omni posita est instructa macello

Cæna tibi, sed te mattya sola iuusat.

Suet. in Calig. Et multis venenatas mattyas misit.

MATVLA, *ματύλη*, madula, à Matulo, vas est in quod vesicam leuamus, quod & Matella & Scaphium dicitur: quanquam Scaphium propriè mulierum esse volunt. ¶ *ματύλη*, *ματύλη*, *σκαφίον*, *σκαφίον*. GAL. Pot à pisser, urinal. ITAL. Orinale, boccale di orinale. GERM. Ein brunntkachet. HISP. Orinal. ANGL. A pissepot. ¶ Plaut. in Mostell. sc. 1. a. 2. Iam hercle ego vos pro matula habeo, nisi matulam datis. ¶ Pro meticulo, vanoque accipere videtur. Idem in Persa Tacen', annon taces? nunquam ego te tam esse matulam credidi. Quid metuis?

Matellæ, à matula, vas in quod vrinam reddimus. ¶ *ματέλη*, *ματέλη*, *σκαφίον*. GALL. Pot à pisser. ITAL. Orinale. GERM. Ein brunntkachet. HISP. Orinal. ANGL. A pissepot. ¶ Martial. lib. 10.

Dispeream, si tu pyladi præstare matellam

Dignas es.

Græci *σκαφίον* vocant. Matellam crepitu digitorum poscere. Idem Mart. Epigr. 119. lib. 14. ¶ Sunt tamen qui ita matellam distinguunt à scaphio, vt illa virosum sit, hoc mulierum tam ad ventris onus, quam ad vrinam excipiendam accommodatum. Matellam vero, quod angustiore esset oie, vrinæ tantum excipiendæ fusile utilem. ¶ Est item Matella, aquarium vas teste Nonio. Plautus Amphitryone. Næ tu postulas, matellam vnam tibi aquæ infundi in caput. Varro Endymionibus, vt à Nonio citatur. Di uitum aphocashias ad communem reuocat matellam.

MATVLA, vasis aquarij genus, teste Varrone lib. 4. de ling. Lat. ita diciunt à matula, à cuius figura tamen non nihil recedit. Varro de vita past. Postularet triuolum, matillionem, peluim. Cicer. in Paradoxis. Quid enim censes, si L. Mummius aliquem istorum videret, matillionem Corinthium cupidissime tractantem, &c. ¶ Matellio item Pompeio Festo vas est, in quod vrina redditur: quod & Matella appellatur.

MATVRVS,

